

uultu illa faciat. caro enim presentibus; delectatur. & breuius; sp̄s
 uero perpetuis & futuris. Caro epulis & lasciuia delectatur.
 sp̄s autē abstinentia rigore corpus castitate desiderat ut spiritali
 semper conuersione sit potissime occupatus. Pro quibus; meritis ac
 terrena percipere gaudia credit. Hæc enim ratio facit. ut non que
 cuique; corpus uoluerit. Hæc anima consentiat in effectum. & ideo in
 ter animam & corpus iurgia esse dicitur. quia ducorpus non subit
 tur sp̄i. ut spiritalium operum fructus; metere simul corpus & ani
 ma mereantur in futuro. Quod si sp̄i ducemini. non estis sub lege
 Hoc est ut non iuxta carnis desideria uiuamus. Sed sc̄i sp̄s suggestio
 nib; studeamus semper esse subiecti. Et ideo si spiritalibus; per omnia
 actibus sumus occupati. non est nobis lege necessaria que carnalibus;
 data est. Manifesta autē sunt opera carnis. Omnis ea nota esse
 demonstrat que per se parent mala esse & fugienda. In tantum
 ut ea qui faciunt & iam cupiunt occultare. que sunt. forni
 catio. Inmunditia. luxuria. Omne enim peccatum quod cuique;
 fecerit homo. extra corpus est. quia autē fornicatur. In corpus
 suum peccat. In eo enim fornicatio maior est criminis. quia
 tollit membra xp̄i. & facit membra meretricis. Similiter qui
 non est fidelis nec credit in xp̄o. & alios deos præter unum uerum
 dñm colit. facit membra sua membra meretricis. Secundum
 opus enim carnis. Inmunditia nuncupatur. & eam comes luxu
 ria sequitur. Ipsa autē opera nuptiarum. si non uere cunde. & cum
 honestate quasi sub oculis dñi fiunt. ut tantum liberorum sit causa.
 Inmunditia & luxoria nominatur. Sequitur. Idolorum serui
 tus. Quia toto loco nominauit apostolus. quia qui luxorie. & for
 nicationi seruiunt. non respiciunt ad creatorem. & hoc idola
 trum perit. Beneficia uero & maleficia artes. inter car
 nalis opera nominantur. quia sepe amare miseris euenit.